



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

10. Peregrinantium Roma[m] infestatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

prohibent commeatum, ut g̃ ut suæ
ditionis necessitati magis prospici-
ciant.

IX. Interficientes mutilantes,
spoliantes capientes, detinentes
per se vel alios ad Sedem Aposto-
licam accedentes, vel recedentes,
aut qui sine iurisdictione ordina-
ria, vel delegata Pontificis, (eam
tamen sibi temerè vendicant) a-
pud eandem commorantes dictis
iniuriis afficiunt.

Nomine Curiæ non venit Vrbs Roma,
aut Ciuitis Curia, sed Sedes Apo-
stolica. Et necesse omnino est, ut
personæ hic in protectionem rece-
ptæ ad diētām sedem accedant, aut
ab illa recedant ex re, respectu ne-
gotiorum quæ inibi geruntur.

X. Interficientes, Mutilantes,
vulnerantes, detinentes, capien-
tes, deprédantes Romipetas, seu
Peregrinos ad Vrbem deuotionis
seu Peregrinationis ergò accedē-

C 3 tes

tes in eâdem morantes, aut rece-
dentes, atquè in his consilium, au-
xilium, fauorem præstantes.

*Si Romipeta sub specie peregrini ad
studia aut Ciuem Romanum inui-
sendum, Vrbem Romam peteret,
& intra vel extra Vrbem delin-
queret, posset & à Iudice & ab a-
liis secluso excommunicationis pe-
riculo capi, puniri, &c.*

XI. Hostiliter insequentes, in-
cerfientes, mutilantes, vulneran-
tes, percutientes, capientes, car-
cerantes, detinentes Cardinales,
Archiepiscopos, Episcopos, Se-
disq; Apostolicæ, Legatos, Nun-
tios, & à suis Dicecibus, Territo-
riis seu Dominiis eiiciunt, aut
mandant, ratum habent, auxiliū,
fauorem præstant.

*Si vis sit iniusta, nec moralem h̄ic in-
tellige insecutionem. v. g. per ca-
lumnias, conuitia, falsa testimonia
factam, sed physicam, id est, cum
quis*